



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quid crediderit & baptizatus fuerit, Mar. vlt. tit. 72

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

aliena fides prodest, vt etiam propria detur. Sine fide propria impossibile est placere Deo, Hebræor. 11. Sic fides viduæ Luc. 7. impetrat vitam filio mortuo: sic fides aliena paralytico Matth. nono, & fides principis synagogæ filiæ mortuæ, Matth. 9. sic fides patris impetrat fidem cum Ecclesia baptizato. At dices: Patrini nescit, qualis sit futurus puer, ergo non debet respondere pro illo. Respondeo: & tu nescis an futurus sit fidem necne, attamen voues in baptismo &cæt. Totum hoc fit in spe misericordiæ diuinæ, qui dedit fidem, quoque donaturus sit constantiam Philipp. 1. Charitas omnia sperat, 1. Cor. 13.

Admonere tamen tenentur sedulo patrini, qui leuârunt & portarunt ad baptismum & confirmationem, vt satisfaciant promissioni pro illis factæ maximè si viderint eos declinare à catholica fide & Ecclesia, &cæt. si noluerint obedire, peccatum recidat in illos, sicut Christus dixit Iudæ Matt. 26. Amice, ad quid venisti?

Tertiò, fructus est, oratio patrinorum, vt confirmetur in fide Christi, baptizati & confirmati, vt dicitur sanctus in robur contra pugnam sathanæ datur, etsi hoc tota Ecclesia in oratione Dominica committit, vt fides in nomine Domini sanctificetur & augmentetur, & ne induci permittamur in têtationem, Marc. 6. & in collecta, Da nobis fidei, spei atque charitatis augmentum: & Apostoli petierunt sibi adaugerent fidem, Luc. 17. propriè tamen hic charitas patrinorum orat pro pueris &cæt. & efficacius impetrat &c. Prodest igitur fides aliena, & à Deo etiam acceptatur.

QVI CREDIDERIT ET BAPTIZATUS FUERIT, Marc. ult.

TITVLVS LXXII.

Rimò, fides Catholica hæc est, quòd sic-
 ut Deus per os Mariæ quandò saluta-
 uit Elizabeth Luc. 1. sanctificauit in vte-
 ro Elizabethis Ioannem Baptistam, sic
 per os sacerdotis, quandò dicit in Baptif-
 mo, ego te baptizo in nomine patris & filij & Spiri-
 tus sancti, Deus infundit fidem baptizando puero, per
 quam sanctificat, id est, remittit peccatum, infundit
 Spiritum sanctum, & promittit vitam æternam. Sub-
 indè licet puer nondum habet actum fidei, sicut ad-
 ultus, desiderio tamen habet, id est, pueri desiderant
 omnia quæ ad fidem spectant, sed infirmitate ratio-
 nis adhuc impediuntur: ideò Sacramento fidei dicū-
 tur habere fidem. Postremò hoc nos certificat, pue-
 ros habere fidem. Nam remissio peccatorum, dona-
 tio Spiritus sancti, & promissio vitæ æternæ, nulli abs-
 que fide contingunt, sed in Baptismo remittuntur pec-
 cata, Act. 2. donatio Spiritus sancti, ad Tit. 3. promitti-
 tur salus Mar. vlt. Si ergo Deus illa dat in Baptismo,
 ergo necessariò sequitur, quòd primò hic oporteat
 esse fidem. Dat ergo Deus primò fidem & infundit.
 Subindè hæc dona, scilicet remissionem, Spiritum san-
 ctum, promissionem salutis: postea iuuatur hæc fides
 & confortatur per verbum, Rom. 10.

Secundò, contra hanc fidem Catholicam iam du-
 dum pugnant Gentes, Iudæi, Hæretici. Gentes deri-
 dent S. Trinitatem, & quòd in nomine patris & filij
 & Spiritus sancti baptizamur, Matth. vltim. & dicunt
 Christum esse stultitiam, 1. Corint. 1. Iudæi efferunt
 suam circumcisionem, & abhorrèt Baptismum. Nam
 quòd nolunt habere Christum, Lucæ 19. ideò & de-
 rident omnia illius Sacramenta & doctrinam, &cæt.
 sed multò intolerabiliores sunt & fuerunt hæretici:
 primò aliqui, vt Seleuciani, negant Baptismum a-
 quæ, & solum Baptismum Spiritus defendunt: at nos
 iungimus aquam & Spiritum, Ioan. 3. sicut Christus

præcepit. Spiritus intus comburit & lauat peccata, aqua foris non certificat: alij solùm aquam fluentem non consecratam, id est, incantatam. Alij volunt fluere chrismate & alijs cęremonijs: alij heretici æstimant efficaciam Sacramenti à dignitate ministri, si bonus est sacerdos, bonum & efficax est Sacramentum: sin autē hereticus, etiam Sacramentum est hereticū: sic rebaptizârunt Nouatiani Catholicos &c. sed cū Christus est qui baptizat, Ioan. 1. id est, confert efficaciam Sacramenti, & non ipse minister, idēō illa ex inuidia est illa cōcertatio. Exindē secuta est magna concertatio & persecutio inter Catholicos & hereticos, sicut hodiē est videre in rebaptizatoribus: nam quid non moliuntur in Catholicos? separant legitimos, abijciunt magistratum, quęrunt occidere omnes Catholicos gladio suo sanguineo, &c. docet ciuitas Monasteriana, quomodō desueuerint in Catholicos, &c. idque eō, quia negant Baptismum paruulorum.

Tertiō, tulit Ecclesia Catholica iam ab annis plurimam quam mille eorum persecutiones à Nouatianis, Donatistis, & Anabaptistis & alijs sectis, qui omnes putant se meliores Catholicis. At Ecclesia seruat Christi institutum, id est, credit baptizari paruulos & omnia ordine & honestē facit, ac confert Sacramentum. 1. Cor. 14. credens capitibus Ecclesię, quę publicānt & prædixerunt nobis contumaciam rebellium sectariorum, Mat. 18. & idēō illas relinquimus ut Ethnicas, & obedientiam Catholicę Ecclesię obseruamus.

AN RES CONSECRATA SIT
nobilior non consecrata.

TTVLVS · LXXIII.



Ria occurrunt notanda: Primō, an res consecratę per verbum Dei, maiorem habeant virtutē non consecratis rebus naturaliter, ut aqua,